

INTROIT Eccl. 15. 5.

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo Altíssime. V. Glória Patri et Fílio et Spírítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.

COLLECT

Deus, qui Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacris Scriptúris beáto Hierónymum, Confessórem tuum, Doctórem máximum providere dignátus es: præsta, quæsumus; ut, ejus suffragántibus méritis, quod ore simul et ópere dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Tim. 4. 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta oportúne, importúne: árgue, óbseca, íncrepa in omni paciéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritate quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac evangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor, et tómpus est. Resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.

GRADUAL Ps. 36. 30, 31.

Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium. V. Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantábuntur gressus ejus.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. Allelúja.

GOSPEL Matthew 5. 13-19.

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo salíétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut líuceat ómnibus qui in domo sunt. Sic líuceat lux vestra coram homínibus: ut vídeant ópera vestra bona, et glórficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre quóniam veni sólvare legem aut prophétas: non veni sólvare, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteríbit a lege donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fecérít et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

OFFERTORY Ps. 91. 13.

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

SECRET

Donis cæléstibus da nobis, quæsumus, Dómine, líbera tibi mente servíre: ut múnera, quæ deférimus, interveniénte beáto Hierónymo Confessóre tuo, et medélam nobis operéntur et glóriam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 12. 42.

Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

POSTCOMMUNION

Repleti alimónia coelésti, quaesumus, Dómine: ut, interveniénte beáto Hierónymo Confessóre tuo, misericórdiæ tuæ grátiam cónsequi mereámur. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. -- (Ps. 91. 2). It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding.

O God, Who didst vouchsafe to provide for Thy Church blessed Jerome, Thy confessor, a great Doctor of the expounding of the Sacred Scriptures, grant, we beseech Thee, that through his merits we may be enabled, by Thine assistance, to practice what both by word and deed he hath taught us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who with Thee liveth and reigneth in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming, and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears: and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed: and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment. V. The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted.

Alleluia, alleluia. V. (Eccl. 45. 8.) The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law, or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot, or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

By Thy heavenly gifts, O Lord, grant us, we pray, to serve Thee with untrammelled minds, that the offerings we bring may, by the intercession of blessed Jerome, Thy confessor, effect our healing and our glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.

Filled with Heavenly nourishment, we pray Thee, O Lord, that by the intercession of blessed Jerome, Thy confessor, we may be found worthy to obtain the favor of Thy mercy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who with Thee liveth and reigneth in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.